BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Sermo qui factus. XL
est ad iheremiam a domi
no. postquam dimissus
est anabuzardan magistro mili
cie de rama quando tulit eum vin
ctum cathenis in medio omnium
qui migrabant de iherusalem. et de iu
da. et ducebantur in babilonem.
Tollens ergo princeps milicie ihe
remiam dixit ad eum. Dominus
deus tuus locutus est malum hoc
sup locum istum. et adduxit et fecit
dominus deus tuus. sicut locutus
est. quia peccastis domino et non au
distis vocem eius. et factus est nobis
sermo hic. Nunc ergo. ecce solui te
hodie de cathenis que sunt in ma
nibus tuis. Si placet tibi ut veni
as mecum in babilonem veni. et
ponam oculos meos sup te. Si autem
displicet tibi venire mecum in ba
bilonem reside hic. Ecce omnis ter
ra in conspectu tuo est. quod elege
ris et quo placuerit tibi ut vadas
illuc perge. et mecum noli venire
sed habita apud godoliam filium ai
cham filii saphan quem preposuit
rex babilonis civitatibus iude et
esto ergo cum eo in medio populi
vel quocumque placuerit tibi ut va
das vade. Dedit quoque ei magis
ter milicie cibaria et munuscula et
dimisit eum. Venit autem iheremias
ad godoliam filium aicham in mas
phat et habitavit cum eo in medio
populi qui relictus fuerat in terra
Cumque ergo audissent omnes
principes exercitus qui dispersi fue
rant per regiones ipsi et socii eorum
quod prefecisset rex babilonis go
doliam filium aicham terre et quod
commendasset ei. et viros et mulieres
et parvulos et de pauperibus terre qui non
fuerant translati. Venerunt ad go
doliam in masphat. et ismael filius
nathanie et iohanna et iouathan fi
charee et sareas filius thecemeth.
et filii offi qui erant de nethophan.
et iechonias filius mechan ipsi et vi
ri eorum. Et iuravit eis godolias
filius aicham filii saphan et comi
tibus eorum dicens. Nolite timere
servire chaldeis. habitate in terra et
servite regi babilonis et bene erit
vobis. Ecce ego habito in masphat ut
respondeam preceptis chaldeorum
qui mittuntur ad vos. Vos autem col
ligite vindemiam et messem et oleum
et condite in vasis vestris et mane
te in urbibus vestris quas vos tene
tis. Sed et omnes iudei qui erant
in moab et in filiis ammon et in ydumea
et in universis regionibus audito quod
dedisset rex babilonis reliquias in
iudea et quod preposuisset sup eos godo
liam filium aicham filii saphan re
versi sunt inquam in terram omnes iudei
de universis locis ad que profugerant
et venerunt ad terram iuda et venerunt
ad godoliam in masphat et college
runt vinum et messem multam ni
mis. iohanna autem filius charee et
omnes principes exercitus qui dis
persi fuerant in regionibus venerunt
ad godoliam in masphat et dixerunt
ei. Scito quia baalis rex filiorum am